



Lectori

Christiano & Benevolo
Salutem!

U Sum Hymnorum, quibus Divinum Numen cantandô, tum exoramus, tum ob Majestatem, & beneficia in nos collata celebramus, jam inde à mundi exordiô ad nostra tempora in precîô fuisse, nemo nisi inscius rerum omnium ignorat. Quam ad rem commovisse creaturas rationales videtur, deprehensa in more istô, preces & laudes sacras canticis includendi, & cum cantu recitandi, ad devotionem excitandam, efficacia; certum namque est, cantus, tanquam aurium oblectamenta, animum magis ad ardentem meditationem inflammare, ipsumque cor ad recipiendam gratiam cœlestem præparare, atque memoriæ fortius imprimere ea, quæ ore palàm